

# FRANCISCI RVEI

**Virtutes.** quod ad vires attinet: oculis cruore suffusis mirè prodest, muliebri profluuium sistit, & cum mali punici succo ijs qui sanguinem reijciunt confert. Vesicæ præterea utilis est, & serpentium ictibus. Ex lacte oculos à lachrymis vindicat. Imò & ipsos proci-dentes ingenita vi continet cohibet-que. Calfactoriæ & extenuatoriæ est facultatis.

*De Succino. Cap. XXVI.*

**V**ariæ multùm de Succini ortu autorum sententiæ sunt. Prætermi-sis tamen de eius origine & natura opinionibus diuersis, sed & de eo ridiculis Poëtarum fabulis, in India atq; Germania Plinius tradit nasci de-fluente t̄ medulla arboris è pinearum genere: quemadmodum è Ceraso, gū-mi, & ex Picea, resina redditur. Erum-pere nanq; humoris abundantia, succosumq; primum esse, dein verò vel rigore vel tepore autumnii densari atq; durari confirmant, & intumescenti-bus

**Genesis.**

Plinius lib.  
37. ca. 3. p  
medulla  
malini la-  
chryma uel  
resina.